

larga liberalitate^a tum^b etiam [coepi]s[c]oporum^c nostrorum provocati benigna interventione Heinrici^d scilicet Mogontiensis^e, Eehardi^f Bremensis, Bernhardi^g Hildenesheimensis^h, item Bernhardi Patherbrunnensisⁱ et Wichaldi^k Stabulensis monasterii^l prelati iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sub beati Petri ac nostra protectione (ex hoc nunc et usque in seculum) suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes igitur decernimus, ut nulli omnino hominum^m (cuiuscumque ordinis sit seu dignitatis) liceat iam dictam ecclesiam temere perturbare, possessiones auferre vel ablatasⁿ retinere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed quascumque possessiones quicumque bona (tam in honoribus quam in redditibus seu aliis) in presentiarum iuste et canonice possidet vel in futurum concessione pontificum, largitione regum^o, oblatione^p fidelium potuerit deo propicio adi[pi]s[ci, firm]a et illibata (deo inibi militantibus ac regulariter viventibus) permaneant. (Habe[an]t etiam fratres liberam facultatem abbatem eligendi, advocatum utilem rebus m[ona]sterii sui preficien]di. Idem etiam monasterium secundum statutum pontificum Romanę libertatis [Silue]stri scilicet ac Benedicti ab omni ditione episcopi, in cuius parrochia^q s[itu]m est, perenniter absolvimu]s, sacros ordines dumtaxat vel consecrationes benigne l[argiatur] posc[entibus].) Si qua igitur ecclesiastica secularisve (potentia) contra h[anc] nostre constitution]is paginam venire temptaverit, ream se divino iudicio existere de per[petrata] (culpa re)cognoscat et, nisi satisfactione respiscat, (vinculo anathema[tis] et) in extremo exa]mine districtę ultioni subiaceat. (Qui vero huius nostri privilegii cus[tos] et observator exstiterit, a secunda morte non ledetur, sed perpetua benedictione [et cum] gratiarum actione cum deo et agno in Iherusalem superna perfruetur.) Amen.

Data Remis per manus Gvidonis sanctę Romanę ecclesię diaconi^r cardinalis et cancellarii, III. kal. april., indictione XI^a.

(B.)

-
- a) libertate C. b) tunc C. c) episcoporum C. d) Henrici C.
e) Moguntinensis C. f) Echardi C. g) n über der Zeile nachgetragen.
h) Hildenes C. i) Patherb. A; Poderbornensis C. k) Reichholdi C.
l) monasterii fehlt in C. m) horum C. n) abbata C. o) rerum C.
p) obligatione C. q) perochia C. r) archiducem C.
-